

Die Urkunden Pippins, 21

(C.) Pippinus rex Francorum vir inluster. Et quia monente scriptura ita oporteat unumquemque constanter praeparare, quatenus veniente in conspectu superni iudices illam mereatur domini piam vocem audire, quem omnes iusti ex bonis actibus erunt gavisi, quapropter nos salubriter, ut credimus, considerantes, qualiter ex terrenis rebus, quibus divina misericordia nobis affluenter in hoc saeculo largire dignata est, saltim vel in pauperibus ex hoc tribuere deberemus, unde misericordiam ipsius adaepisci valeamus. Idcirco donamus nos pro animae nostrae remedium vel bone memoriae germano nostro Carolomanno quondam ad monasterium Fulda, ubi dominus Bonefacius corpore requiescit, villa aliqua noncupante Autmundisstat, qui ponitur in pago Moinigaugio super fluvio Ricchina, cum omnibus terminis vel appendiciis suis, ut cum omni integritate ad ipso monasterio vel monachis ibidem deservientibus seu luminaria ipsius ecclesia procuranda vel stipendia pauperum ibidem praedicta villa proficere debeat in aumentum, et ut melius dilectat ipsos monachus pro nobis vel germano nostro seu subsequentem progeniae nostra die noctuque domini misericordia adtentius depraecare. Igitur praedicta villa unacum terris domibus aedificiis accolabus mancipiis silvis campis pratis pascuis aquis aquarumve decursibus mobilibus et immobilibus, sicut supra diximus, cum omni integritate, quicquid praesenti tempore nostra ibidem videtur esse possessio, pars praedicti monasterii ciusque rectores habeant, teneant adque possedeant et ad ipsa casa dei in nostra aelymosina vel germano nostro usque in perpetuum absque ullius repetitione debeat esse iure integro confirmata. Et ut hace cessio firmior habeatur, nos eam subter firmavimus vel de anolo nostro sigillare studuimus.

Signum (MF.) Pippini gloriosissimi regis.

(C.) In dei nomine Baddilo recognovit et (SR. NT.: Baddilo subscripsi). (SI.)

Datum in mense iulio anno quintodecimo regni nostri; actum Aurilianis civitate publice; in dei nomine Hitherius scripsit; feliciter.